

clericali sepultura tradere: quodque pro se, & aliis Cappellanis predictis in quacumque Ecclesia, etiam Ordinum Fratrum Minorum, ad quam Te pro tempore declinare contigerit, dummodo in ea ipsi Cappellani, & Cantores divina officia celebrent, & cantent, oblationes, etiam si de manu Tua, Tuorumque filiorum, seu filiarum procedant, prout in dicta Regia Cappella recipere, nec non quacumque matrimonia, que in presentia Tua contrahentur, solemnizare, ac predictus Cappellanus Major in Episcopali dignitate constitutus tantum omnibus, & singulis interessentibus Missarum solemnibus, & verbi Dei predicationi in Tua presentia vere poenitentibus, & confessis ducentos dies de injunctis eis poenitentis misericorditer in Domino in forma Ecclesie consueta relaxare: utque omnium, & singulorum Christianorum in Curia Tua, ubicumque residebis continue, vel ad tempus pro tempore commorantium per se, vel alium, seu alios per eum ad id deputandos, a suo, si Curiales non fuerint, Ordinario approbatos, confessiones audire, eosque a peccatis absolvere, injunctis iisdem pro commissis poenitentia salutaris, & aliis injungendis, necnon tam ipse, quam ab eo deputatus Presbyter secularis, vel cuiusvis Ordinis de suorum Superiorum licentia regularis pariter a suo, si non fuerit Curialis, Ordinario approbatus omnium, & singulorum in Hospitali Tue Curie existentium confessiones similiter audire, eisque Sacramenta Ecclesiastica ministrare, & in mortis articulo omnium peccatorum suorum absolutionem, injunctis pariter injungendis, impendere, ac Parochialem Ecclesiam viciniorum Palatio, ubi Te pro tempore morari contigerit, & si fuerint duae Parochiales Ecclesie aequae viciniae dicto Palatio, alteram, quam maluerit eligere, in eaque tam Cappellanus major, quam persona ab eo ad animarum curam deputata, libere ingredi, & exinde Sacramenta predicta accipere, & sibi subditis ministrare, ac ad infirmos Tue Curie deferre, & monitiones matrimoniales suorum subditorum juxta decreta dicti Concilii publicari facere, eosque matrimonio, sine tamen praedictio Jurium Parochi, conjungere; Præterea si eidem Cappellano majori videbitur, considerata decencia, & necessitate Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, & Extrema Unctionis in Cappella Regia, ut ad infirmos, & infirmas in dicto Palatio existentes commodius deferatur, & multis incommodis, que aliis nasci possent, obvietur, reponere libere, & licite, & absque ullo conscientie scrupulo, aut censurarum Ecclesiasticarum incursum valeat, licentiam, & facultatem, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§.6. Ad hæc, ut quicumque locorum Dioecesani, & alii Ordinarii Judices in Majori, & Cappellanos Cantores, & Scholares predictos actu inservientes, & consueta stipendia percipientes, quos ab illis prot-

sus, & omnino eximimus, & totaliter liberamus, & quoad Majorem, Sedi Apostolicæ immediate, quoad alios vero Cappellanos, Cantores, & Scholares hujusmodi dicto Cappellano majori subesse discernimus, nullam penitus superioritatem, dominium, & jurisdictionem exercere, nec se de illis quomodolibet intrmittere valeant, sed predicti Cappellani, Cantores, & Scholares coram ipso Cappellano Majori, seu Legatis, aut Delegatis dictæ Sedis dumtaxat teneantur de justitia respondere.

§.7. Insuper, ut Cappellani, Cantores, & Scholares servientes predicti a quocumque maluerint Catholico antistite gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habente, Ordines Sacros, statuti ad id a jure temporibus, successive accipere.

§.8. Distinctive Cappellani, etiam Religiosi Missas, Horas Canonicas, & Divina Officia, etiam Te absente, juxta tamen Ritum Romanæ Curie etiam in dicta Cappella, & in dicta Cappella tantum, tam alii Cappellani, quam Cantores, & Scholares dicere, recitare, & canere, eademque Horas Canonicas ex causa tamen, & infra diei terminum, ac privatim, non autem in ipsa Cappella anticipare, & postponere, ac in festo Sanctissimi Corporis Christi, & per ejus Octavam Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in eadem Cappella cum debitis honore, & reverentia tenere, ac in quinta, & sexta Majoris hebdomadæ feriis idem Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in dicta Cappella in Sacratio, sive urna reponere, & ad morem patriæ monumentum, seu tumulum nuncupatum, cum luminaribus facere, & tenere, nec non coram Te missas, etiam antequam elucescat dies, circa tamen diurnam lucem, ac per unam horam post meridiem, celebrare. Quodque persona loco Archiepiscopi Compostellan. Cappellani majoris, ut infra deputat, necnon tringenta ex Cappellanis predictis, non tamen Præbendas Theologales, & Poenitentiales obtinentes fructus, redditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum suorum Ecclesiasticorum, etiam si Canonicatus, & Præbendæ, Dignitates, Personatus, Administrationes, vel Officia fuerint cum ea integritate, distributionibus quotidianis exceptis, percipere possint, cum qua illos perciperent, si in eisdem Ecclesiis personaliter residerent, nec ad residendum interim in eisdem teneantur, auctoritate, & tenore similibus etiam concedimus. Insuper, ut Christiani Curiales Tui de licentia ipsius Cappellani majoris dumtaxat quemcumque idoneum Presbyterum secularem, vel cuiusvis Ordinis regularem approbatum ab Ordinario, si Curialis non fuerit, in suum possint eligere Confessorem, qui eorum Confessionibus diligenter auditis, eos a peccatis absolvere, & pro commissis poenitentiam salutarem, & alia injungenda injungere, & Sacramenta predicta, etiam in die festo Resurrectionis Dominice ministrare possit: Utque Cappellani, Cantores, & alie ecclesiastica persona deputanda

Eisque privilegium conceditur sacros Ordines a quocumque Episcopo facienda.

Aliaque conceduntur privilegia.

Cappellani, Cantores &c. a quocumque alterius Episcopi jurisdictione eximuntur.

tandæ ad informationes faciendas super puritate sanguinis admittendorum in Cappellam hujusmodi, testes per censuras ecclesiasticas compellere possint juxta Sacrorum Canonum dispositionem, auctoritate, & tenore predictis pariter indulgemus.

Eodem privilegio, & jurisdictione affectus Cappellani Majori a Rege deputando si Archiepiscopus Compostellanus abfuerit.

§.9. Atque hæc omnia, & singula moderno, & pro tempore existenti Archiepiscopo Compostellan. tamquam dictæ Cappellæ Cappellano majori, quamdiu, & quoties in dicta Curia personaliter residerit, & eo ab eadem Curia absente, seu in illa non residente, persona in Presbyteratus Ordine constituta per Te toties, quoties Tibi visum fuerit, nominanda, & per suum Ordinarium approbanda, quam Nos ex nunc, prout ex tunc, postquam per Te nominata, & a suo Ordinario approbata fuerit, deputamus, & approbamus, qua durante absentia dicti Archiepiscopi a Curia predicta in quibusvis Civitatibus, Oppidis, & Locis, in quibus Te, Tuamque Curiam Regiam pro tempore residere contigerit, omniaque, & singula alia, que Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii locorum Ordinarii in Dioecesis suis de jure, vel consuetudine, aut aliis quomodolibet facere, & exercere consueverunt, citra tamen exercitium Pontificalium, & Ordinum, ac Beneficiorum collationem, exercere libere, & licite: quodque omnibus, & singulis gratis, favoribus, præcipientibus, & indultis, quibus dictus Archiepiscopus, dum in Tua Curia residet, ratione dicti officii Cappellani majoris gaudet, fruitur, & utitur, ac gaudere, uti, & frui quomodolibet potest, gaudere, uti, frui possit, & valeat pariformiter, & aequè principaliter, ac Tibi personam hujusmodi nominandi, & eligendi, plenam, & omnimodam facultatem, apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Clausula.

§.10. Præsentes quoque literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse, sed illas validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, discernimus.

Executores hujusce Constitutionis designantur.

§.11. Quocirca Venerabilibus Fratribus Segobien. & Abulen. Episcopis, ac dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ in Regno Hispaniarum Nuncio pro presentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte Majestatis Tue, seu alicujus ex Cappellanis, vel Cantoribus, & Scholaribus predictis fuerint requisiti, solemniter publicantes, Tibique, & illis in

præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra, Majestatem Tuam, ac Cappellanos, vel Cantores, & Scholares predictos præmissorum omnium, & singulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes Majestatem Tuam, aut illos desuper a quoquam quomodolibet indebite molestari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrariorum.

§.12. Non obstantibus sel. rec. Bonifacii PP. VIII. Prædec. nostri, qua cavetur, ne quis extra suam Civitatem, vel Dioecesim nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suæ Dioecesis ad iudicium, evocetur, & de duabus dietis in Concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur; ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis per quoscumque Romanos Pontifices etiam Prædecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, etiam per viam generalis legis, ac statuti perpetui, ac motu proprio, & ex certa scientia, deque apostolica potestatis plenitudine, etiam cum quibusvis irritantibus, annullativis, cassativis, revocativis, præservativis, exceptivis, resitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut exquisita forma servanda foret, & in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum, ac omnium, & singularum Litterarum predictarum tenores, presentibus pro sufficienter expressis, ac ad verbum insertis, nec non modis, & formas ad id servan. pro individuo servatis habentes, hac vice dumtaxat, illis aliis in suo robore permanens, harum serie specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides danda transumptis.

§.13. Volumus autem, quod presentium Litterarum transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ubique in iudicio, & extra illud, que presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Dat. die 9. Maii 1623. An. III.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die nona Maii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

Quod

1623.

Nuncius Apostolicus, Regium Commissarii fuerunt inuent Concordiam.

§.3. Distique Octavius Archiepiscopus, & Commissarii ab eodem Ludovico Rege in prainfertis ejus patentibus literis deputati pro terminandis litibus, & differentiis predictis ad infrascriptam devenerunt concordiam, tenoris subsequenti videlicet.

Articles accordez entre Messire Octavio Corsini Archevesque de Tarfe Nongé de Sa Sainteté pres de Sa Majesté tres Chretienne Commissaire deputé de Sa d. S. & les Sieurs de Champigny Conseillier du Roy en ses Conseils d'etat, & privé Contraleur general de ses finances. De Preaux Conseiller au dictz Conseils d'etat, Chevallier, & Chancelier des Ordres de Sa d. Majesté, dont les pouvoirs sont inferéz ala fin du present accord, pour raison des differents entre les habitans de la Ville de Avignon, & les subiectz de Sa Majesté de Provence, sur les limites des terroirs de la d. Ville de Avignon, & de Noves de Chasteaurenard, & autres lieux le long dela riviere dela Durance depuis le Pont de Bonpas jusques au Rhosne.

Primierement que les Palieres, qui sont depuis le trou de Bely, l'espron, qui est au dessus de celluy, compris, seront desmolliés par ceux de Avignon, & les pointes des esperons, qui se trouveront le long des palieres, qui demeureront, seront esmoysées, & abattues en façon, que les dictz esperons soient esgaux de toutes pars, & n'avancent les palieres, qui demeureront.

Seront tirés deux lignes distantes de trois cens cannes de largeur l'une de l'autre, sçavoir l'une du coté de Provence, qui se commencera de l'endroit du pont de Bonpas jusque au Rhosne, & l'autre du coté de Avignon, qui se commencera à la fin des palieres, qui demeureront en estat ausy jusque au Rhosne, dans la quelle largeur les dictz d' Avignon, & de Provence seront refetter le Lours de la Riviere de Durance, s'il se peut; & les dettes deux lignes seront designes par deux deputez, l'un de Avignon, & l'autre de Provence, qui prendront avec eux chacun un expert, lesquels procureront, que la dette largeur de trois cens cannes soit sur le mitau du lit de la dite Riviere le plus qu'il sera possible, & sy pour bailler la d. largeur, il estoit besoin de prendre des terres fermes, l'on en prendra la moitié du coté d' Avignon, & l'autre moitié du coté de Provence, & pourront les d. Parties chacune endroit soy faire palieres ou aultres reparations de pierre, ou aultres matieres, qu'il ilsouldront au derriere des d. lignes, voire mesmes de dans l'eau sans avoir resguard à aucun canal, pourveu qu'il non trapasse d. lignes.

Dedans la d. largeur de trois cens cannes, ne sera permis aux dictes Parties de faire aucun ouvrage, bastiment, ou réparation, quelle qu'elle soit, ny aucune culture à ce, que tout, qui se trouvera en la d. largeur, demeure pour lit de la d. Riviere, & sy en ycelles designations de ceulz, qui l'auront fait.

Et afin que la d. designation serve a per-

petuë seront plantées des termes de pierre de l'alignement necessaire de un coté, & de l'autre aux despens de ceus d' Avignon de leur coté, & de ceus de Provence de leur coté, & pour plus grande stabilité des d. lignes d'autant que la d. Riviere par succession de temps pourroit emporter des d. Termes, & par ce moien les parties voulans construire des palieres, pourroient entrer en dispute sur les d. lignes, au pourtant sera fait de part, & d'autre dela distance, qu'il y aura, des lignes, que l'on tirera jusques aux lieux, qui l'on adviserà pouvoir servir à cet effect à perpetuë, a ce que les d. Parties voulans faire reparations, ou palieres, le puissent faire, voire mesmes de dans l'eau, pourveu qu'il non trapasse les d. lignes.

L'escluse de pierre, qui est au dessus du pont de Bonpas servant pour les moulins, & prez d' Avignon, sera desmolliée jusques à la haulteur, & contenance necessaire du tron, qui se trouve à present pour prendre, & retenir l'eau, & la largeur dela muraille dela d. escluse demeurera seulement de une canne de pierre, & le surplus de la d. largeur sera retranché, & demolly, & la longueur de la d. muraille sera augmenté, & retranché de present, & à l'advenir en façon, que toujours l'on puisse prendre del'eau de la d. Riviere en suffisance, & convenablement pour les d. moulins, & prez.

Les piles du Pont de Bonpas seront desbouchées, & les assablemens etans devant, & derriere ycelles aures aux despens des d. de Avignon. Et quant aux assablemens, qui sont le long des palieres, qui demeurent, sera faite une excavation dela longueur, qui sera trouvée necessaire par les d. Deputez aux despens communes des Parties.

L'eau de la d. Riviere fera separation des Estats de Avignon, & de Provence, demeurant neantmoins la souveraineté dela d. eau à Sa M. bien qu'elle passât la ligne du coté d' Avignon, & les Isles, & Isles qui se feront en la d. largeur des troiscens cannes, tant quelles seront environnes d'eau, & tant qu'elles ne seront unies, & contigues à la terre ferme du d. Avignon, appartiendra à Sa d. M. come de mesmes les Isles, & Isles, qui sont, & se feront au deça la d. ligne du coté d' Avignon, bien qu'elles soient environnées d'eau appartieneront en plaine souveraineté à Sa dite Sainteté.

La propriété, Jurisdiction, & souveraineté de tout le terroir, qui se trouvera deça la d. Riviere du coté d' Avignon, soit en terre ferme Graviere, Isles, Isles, bois, laissets, assablemens, & atterrissemens jusques à Peau coullante de la dite Riviere à commencer du d. Pont de Bonpas jusques au Rhosne, & notamment le d. terroir pretendu par les dictz de Noves au coté de Avignon appartiendra à Sa d. Sainteté, & Ville de Avignon respectivement, comme de mesme tout ce, qui se trouvera au delà de la d. Riviere du coté de Provence de

de mesme nature appartiendra à Sa d. Majesté, & Communauté de Provence en mesme Jurisdiction, & propriété.

Sy la d. Riviere descendant du costé de Avignon passe la ligne de cette part, les terres, qui seront enfermés entre la Riviere, & la ligne du costé d' Avignon, demeurent en la souveraineté de Sa d. Sainteté, & le courts, & navigation de la d. Riviere toujours en la souveraineté du Roy seulement.

Sy la d. Riviere descendant du costé de Provence passe la ligne du d. costé tirant vers Terrascon, ou au tres lieux de Provence, la ligne du costé de Provence en ce cas servira de frontiere entre Provence, & Avignon, sans que la souveraineté de Sa d. Sainteté s'estende outre ycelle.

Toutes assignations, & colloquations faites par les Officiers de Sa d. Majesté au deça la d. Riviere du costé d' Avignon, & à l'endroit du terroir pretendu par les d. de Noves en faveur de creantiers de la d. Communauté, seront de null' effect, & velleur, & comme si jamais n'auoient esté faites, & non obstant icelles le d. terroir appartiendra aux d. de Avignon, & la souveraineté à Sa d. S. comme dist est.

Et pour la pretention, que les dictz de Noves avoient sur le d. terroir, & des dommaiges, interstz, & dispens qu'ils pretendoient, ensemble ceux de Chasteaurenard, & autres Communautés de Provence, & particuliers d' icelles, à cause dela construction des d. palieres, & autres ouvrages faits par les dictz d' Avignon, & dans la d. Riviere, & pour toutes sortes de pretentions qu'ils pouvoient avoir, & le Pays de Provence pour raison des d. differents contre les d. Ville, & habitants de Avignon, ycelle Ville donnera la somme de dix mil liures, sçavoir la moitié de dans six mois, & l'autre moitié six mois après.

Et pour l'execution du present accord de ceux de Avignon, & de Provence nommeront de dans trois mois leurs deputez, qui seront obligez quinze Jours apres se trouver sur les lieux avec les experts voudront choisir pour incontinent designer, & tirer les d. lignes, & le d. alignement ainsy fait, & tiré, ceux d' Avignon seront tenus de dans trois mois apres de desmolir les palieres, escluses, & esperons cy dessus mentionnez, comme ausy faire les ouvertures des piles du d. Pont, le tout en sorte, que le cours libre d'eau ne soit empesché.

Pourront tant ceux d' Avignon, que de Provence prendre des pierres a la perriere des PP. Chartereux, ou d. Bonpas pour la construction des d. Palieres aux mesmes conditions, qu'ils les vendent à ceux d' Avignon.

Les d. Sieurs Deputez promettent de faire ratifier le present traité par Sa Sainteté, & Majesté, & en fournir les lettres de ratification de dans trois mois, & de faire en registrier le present accord en la Court de Parlement à Aix: fait, & passé à Fontainebleau le dernier jour d' Avril mil sixcens vingt & trois.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Octavius Archiepiscopus Tarfen. Nuncius Apostolicus. Boechart Champigny. De Laubespines. De Marillac.

§.4. Nos concordie, ac omnium, & singulorum in ea contentorum perpetua observacioni, Christifideliumque predictorum quieti, & felici statui, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberacione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, Concordiam per dictum Octavium Archiepiscopum cum Commissariis predictis super litibus, & differentiis hujusmodi initam ratam, & gratam habemus, illamque approbamus, & confirmamus, ac illi perpetua, & inviolabilis apostolica firmitatis robur adiciamus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, & solemnitate etiam forsam de jure, usu, consuetudine, aut aliis quomodolibet requisitarum, nec non quosvis alios etiam quantumvis substantiales defectus, si qui in premissis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Decernentes presentes literas, & in eis contenta quacumque semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, subblata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & desiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus sel. rec. Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratis quacumque interesse Camera Apostolice quomodolibet concernentibus in eadem Camera infra certum tunc expressum tempus presentandis, & registrandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 22. Maii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

G I X.

Committitur Episcopo Parmen., ut ea ab Ecclesiasticis observari curet per Decennium, quæ Dux solet statuere pro curanda Annona abundantia.

Ven. Fratri Episcopo Parmen.

GREGORIUS PAPA XV.

Venerabilis Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum, sicut accepimus, dilectus filius Nobilis Adolescens Alexander Parmæ Dux nonnulla ite-

Gregorius eam confirmat.

Claufulz.

Derogatio contrariorum

Dat. die 22. Maii 1623. An. III.

Ex Regest. in Secret. Brew.

P 2 der

Ex Regest. in Secret. Brev.

Quod Loca Montium Cameralium ad Congregationem de Propaganda fide spectantia extingui, seu redimi nequeant.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Apostolatus officium, meritis licet imparibus, Nobis ex alto commissum postulat, ut rerum, & bonorum Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio propagandæ in universo mundo fidei præpositorum conservationi, & manutentioni, quantum cum Domino possumus, consulamus.

Decretum, de quo in Rubr.

§.1. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine; Quod de cetero perpetuis futuris temporibus Loca montium Cameralium, quæ ad eandem Congregationem nunc spectant, & pertinent, ac pro tempore quomodolibet spectabant, & pertinebunt, nullo unquam tempore per sortem, sive extractionem, seu aliâ quomodolibet ex quacumque causa, etiam quantumvis urgenti, & necessaria, nisi de expressa nostra, & Sedis Apostolicæ licentia extingui, seu redimi possint, & si licentia huiusmodi suffragante eadem loca, ut præfertur, seu aliâ quomodolibet extingui, seu redimi contigerit, pretium, quo tunc in publico foro censetur, pro eis solvi omnino debeat.

Clausula.

§.2. Præsentis vero literas, & in eis contenta quacumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes ad hoc vocati, citati, & auditi non fuerint, seu alio quocumque prætextu, causa, & occasione de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impuguari, redargui, infringi, in jus, vel controversiam revocari, aut sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, vel aliis contrariis dispositionibus ullatenus compræhendi posse; sed semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, tenore præsentium decernimus, & declaramus.

Obstantium derogatio.

§.3. Non obstantibus scilicet: Pii Papæ IV. Prædecessoris nostri de gratis qualemque interesse Camera Apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem Camera infra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, aliisque Con-

stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Regula nostra de jure quaesito non tollendo, necnon distæ Camera, & Urbis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, usibus, styliis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam super Locorum Montium huiusmodi erectione, ac aliâ quomodolibet, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium emanatis, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu Secretarii distæ Congregationis, aut personæ indigne ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 15. Maii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

Fides danda transumptis

Dat. die 15. Maii 1623. An. III.

CVIII.

Confirmatio Concordiæ pro componendis controversiis inter Avenionenses, & Regem Christianissimum pendentibus inite.

Ex Regest. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regimini universalis Ecclesiæ meritis licet imparibus disponente Domino præsentibus, ac inter nostros, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vassallos, & subditos, nec non alios quoslibet Christianos lites, & differentias extingui, pacemque conservari sincero desiderantes affectu, illis, quæ propterea maxime de mandato nostro provide, & consulte facta, & decreta sunt, ut firma, & illibata persistant, sublatisque quibuslibet obstaculis, suum sortiantur effectum, apostolici muniminis libenter adiciamus firmitatem, prout ipsorum Christianissimum paci, & tranquillitati, & aliâs conspiciamus, salubriter in Domino expedire.

Procurium.

§.1. Nuper siquidem a Nobis emanarunt literæ tenoris subsequenti, videlicet: Ven. Fratri Octavio Archiepiscopo Tarfensi, nostro, & Apostolicæ Sedis in Regno Franciæ Nuncio. Gregorius Papa XV. Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Recententur literæ, quibus Nuncio Apostolicæ Sedis facultas componendi controversias ver

Aliâs Nos ad lites, & differentias inter subditos Civitatis Avenionen., & Comitatus nostrorum Venayssini ex una, & subditos charissimi in Christo filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Burgi de Noves, & alios Provinciales ex altera partibus, occasione limitum, & confinium Territorii Avenionen., & Fluminis Durantia regione Provincie, ac etiam ratione Iurisdictionis per dictum Ludovicum Regem super dicto Flumine, illiusque alveo, & Insulis in eodem alveo sitis, præsentia vertentes cum Commissariis, seu aliis a dicto Rege deputatis terminandas, Ven. Fratrem Guillelmum Archiepiscopum Seleucien. in Civitate, & Comitatu prædictis Vice-Legatum per nostras in simili forma Brevis sub die 26. Junii 1621. expeditas literas, quarum tenorem pro expresso haberi volumus, deputavimus, prout in dictis literis, plenius continetur. Cum sicut Nobis innotuit, lites, & differentia huiusmodi, dum dictus Ludovicus Rex in Civitate Avenionen. prædicta commoratus est, omnino terminari non potuerint: idem vero Ludovicus Rex lites, & differentias prædictas per viam transactionis, sive concordia in Curia sua terminari desideret: Idcirco de tua fide, prudentia, doctrina, integritate, ac in rebus agendis experientia plurimum in Domino confisi, Tibi cum Commissariis, seu aliis a dicto Ludovico Rege deputatis, lites, & differentias huiusmodi cum suis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis terminandi, novos terminos, ubi opus fuerit, ponendi, seu poni faciendi, & in eventum, in quem lites, & differentia, ut præfertur, terminari non possint, in arbitros, qui eas, prout juris fuerit, & cum conditionibus tibi benevisis terminent, compromittendi, aliæque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna, etiam si talia sint, quæ mandatum requirent magis speciale, faciendi, gerendi, & exequendi, apostolica auctoritate, tenore præsentium, facultatem concedimus, & impertimur: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 19. Decembris 1622. Pontificatus nostri Anno II.

Ludovicus quoque Gall. Rex suos ad id Commissarios delegat.

Regis Literæ.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, ad lites, & differentias prædictas cum eodem Octavio Archiepiscopo terminandas, infra scripti Commissarii a Ludovico Rege prædicto sub die 11. Aprilis proxime præteriti deputati fuerint, prout plenius continetur in patentibus ipsius Ludovici Regis desuper confectis, tenoris subsequenti videlicet:

Louis par la grace de Dieu Roy de France, & de Navarre, Comte de Provence, Folcalquier, & Terres adjacentes, A Nos amez, & feaux les Sieurs de Champigny Contralieur general de nos finances, de Preaux Chevalier, & Chancelier de nos Ordres, & de Marillac Conseiller en notre Conseil d'etat, Salut. Ayans toujours desiré l'accommodement des differens, qui sont entre Nos subiects de Noves en notre Pais de Proven-

ce, & ceux de notre S. Pere le Pape de la Ville d'Avignon, & Comté Venaissin survenus à cause des limites, & bornes des terres de la dette Ville d'Avignon, & ceux du Comté de Noves Chasteauregnand, & autres lieux etans le long de la Riviere de Durance du costé de dict notre Pais de Provence. Nous aurions commis à plusieurs, & diverses fois aucuns de nos principaux Officiers pour avec les Commissaires deputez par sa Santeté adviser aux moyens convenables pour les terminer: A' quoy ils auroient travaillé en telle sorte, que demeurans d'accord de certains points, ils non peuvont convenir entierement des autres pour plusieurs difficultez, qui se sont rencontrées, soit en la validité des pouvoirs des Commissaires, ou autrement; Mais considerant, que la continuation des d. differens pourroit apporter de l'altercation entre Nos d. subiects contre ce, qui est de notre intention: Nous avons estimé à propos afin de conserver, & entretenir entre eux la bonne union, amitié, & intelligence, que Nous y avons toujours desiré, de faire de nouveaux conferenz, & traicter les d. differens par aucuns des principaux de notre Conseil avec celuy, ou ceux, qui seront deputez de la part de notre d. S. Pere. Au moyen de quoy etant necessaire de commettre quelques Personages sur la suffisance, & capacité des quelz nous puissions nous reposer de l'accommodement de cette affaire, sachant pour cet effet ne pouvoir faire plus digne election, que de vos Personnes, tant pour l'affection, qui portez au bien de notre service, & de cet estat, que pour la particuliere connoissance, que vous avez des d. differens; A ces causes nous vous avons commis, deputez, & ordonnez, commettons, deputeons, & ordonnons par ces presens signées de notre main, pour avec les Deputez de notre S. Pere le Pape conferer, & traicter de tous les d. differens, & pretensions, qui peuvent estre representées de parte d'autre, y ceux regler, arrester, & terminer entierement, y procedant en telle sorte, que notre autorité, & droitz y soient conservez, & ceux de Nos d. subiectz: Voulons, que ce qui sera par vous fait, negotié, & arresté en l'accommodement des dictes differens, soit suiuy par dè, & observé de point en point; Promettant l' avoir pour agreable, tenir ferme, etable, confirmer, ratifier, & approuver pour avoir telle force, & vertu, que s'il estoit par nous fait en notre Conseil. De ce faire nous avons donné, & donnons plein pouvoir, autorité, commission, & mandement special par ces d. presentes. Car tel est notre plaisir. Donnè à fontainebleau le 11. jours d'Avril l'an de grace mil sixcentvingt trois, & de notre Regne le treizieme: Signè Louis, & plus bas par le Roy Comte Provence Phelipeaux; & Seellè du grand' seau de cire jaune sur simple queue. O. Archiepiscopus Tarfensi. Nuntius Apostolicus. Boheant Champigny. Delaubespines. De Marillac.

P.

Disti-

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

1623. der Farnesius Parmæ, & Placentiæ Dux, necnon Congregatio a generali Consilio Civitatis Parmen. super Annonæ abundantia deputata, nonnullas singulis annis ordinationes necessarias, & justitiæ, & aequitati convenientes, quibus penuriæ Annonæ illius anni provideatur, a personis laicis observandas faciant:

§.2. Nos Fraternalitati tuæ per presentes committimus, & mandamus, ut per decennium proximum ordinationes introducendi in Civitatem, & notificandi frumentum, bladas, & legumina, auctoritate nostra facias, & ad illas observandas per te, seu tuum in spiritualibus Vicarium generalem quascumque Civitatis, & Diœces. prædictarum personas ecclesiasticas seculares, & cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, necnon Militiarum, aliorumque piorum locorum regulares cujuscumque dignitatis, gradus, status, ordinis, & conditionis existentes, etiam exemptas, ac Nobis, & Apostolicæ Sedi immediate subjectas opportunis juris, & facti remediis, eadem auctoritate, cogas, & compellas. Nos enim tibi præmissa, & quæcumque alia desuper necessaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, eadem auctoritate, tenore presentium plenam, & amplam facultatem concedimus, & impertimur. Decernentes irritum, & inane, quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus præmissis, ac quibuscumque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiasticis, Monasteriorum, Militiarum, & locorum piorum, ac Ordinum quorumcumque etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, illis, eorumque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majoris sub Annulo Piscatoris die 23. Junii 1623. Pontificatus nostri Anno III.

Dat. die 23. Junii 1623. An.III.

Pontifex Parmensi Episcopo mandavit, ut ea per Ecclesiasticos quocumque servaret.



URBA-

URBANUS VIII. PONT. CCXXXVII. ANNO CHRISTI MDCXXXIII.



Die VI. Augusti An.MDCXXXIII. electus est in Summum Pontificem Maphæus Tituli Sancti Onuphrii Presbyter Cardinalis Barberinus Antonii Filius natione Florentinus, & die 29. Septembris ejusdem Anni S. Thiara redimitus est. Sedit in Pontificatu Ann.XX. Mens.XI. Dies XXI. temporibus Ferdinandi II. & Ferdinandi III. Imp. Creatisque LXXII. Cardinalibus, obiit IV.Kal. Augusti anno MDCXLIV. Sepultus est in Basilica Vaticana ad Cathedram Beati Petri. Vacavitque Sedes Mens.I. Dies XVI.

I. Privilegia, & Indulta concessa Conclavistis, qui interfuerunt præcedenti Conclavi.

Singuli Pontifices post sui ad Summum Apostolatus assumptionem assueverunt nonnulla nedum Conclavistis, sed etiam Dapiferis tum suis, tum etiam Cardinalium concedere Privilegia, distincta tamen Constitutione. Privilegia itaque Conclavistarum vide in Constit. XLIII. Clement. VIII. Tom.IV. Par.III. fol.407. in Const.V. Pauli V. Tom.V. Par.III. fol.144. in Const.II. Gregor.XV. Tom.V. Par.IV. fol.316. in Const.X. Inn.XI. Tom.VIII. f.13. & alibi.

URBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI Ad futuram rei memoriam.

Proemium. Circumspecta in omnibus Romani Pontificis providentia singulorum merita aqua lance considerans, illos potioribus gratiis, & favoribus prosequitur, quos erga se, & Sedem Apostoli-

cam, benemeritos, & in laboribus, & vigiliis pro Sede ipsa sufferendis indefessos, & pluribus cognoscit meritis adjuvari.

§.1. Hinc est, quod Nos dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi, in quo Nos, divina favente clementia, ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, uti familiares, & continui commensales interfuerunt, interfuere, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis, pro cujusque meritis, exornare volentes, ipsosque Conclavistas, & quemlibet eorum, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad ipsorum Conclavistarum, vel alicuius eorum, vel alte-

Conclavista, donatis iis 100 m. leutis.